



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

405. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

vult, secundūm legem mundanam in Ecclesia
absolvi debent, & ejusdem Ecclesiæ patroci-
nio commendari. Scriptum quippe est in Pa-
cto Francorum.

De eadem re. *Ex Pæto.*

CCCCV. Hoc etiam volumus, ut qua- Cap. 58. Le,
liscunque Francus Ribuarius servum suum gis Ripuarius.
pro remedio animæ suæ secundūm legem Ro-
manam liberum facere voluerit, ut in Ecclesia
coram Presbyteris, Diaconibus, seu cuncto
clero & plebe in manu Episcopi servum cum
tabulis tradat, & Episcopus Archidiacono ju-
beat ut ei tabulas secundūm legem Roma-
nam, * qua Ecclesiæ vivunt, scribere faciat, & * Edit. Hel-
tam ipse quam & omnis procreatio ejus liberi mæstæd. quæ
permaneant, & sub tutione Ecclesiæ consi- in Ecclesia
stant, & omnem redditum status sui ad Eccle- viget.
siam persolvant, & non alibi nisi ad Ecclesiam
ubi relaxati sunt mallum teneant. Et si absque
liberis discesserint, nullum alium nisi Eccle-
siam relinquant heredem.

De eadem re. *Ex Lege Romana.*

CCCCVI. Imperator Constantinus Au- Interpr. I. r.
gustus Osio Episcopo Cordubensi. Qui ma- Cod. Theo-
nummittendi in sacrosancta Ecclesia habuerit dos, de manu-
voluntatem, tantum est ut sub præsentia sa- miss. in Ecle-
cerdotum servos suos voluerit absolvere, no-
verit eos suscepta libertate cives esse Roma-
nos. Nam si Clerici mancipiis suis dare volue-
rint libertatem, etiamsi extra conspectum fe-
cerint sacerdotum, vel sine scriptura verbis
tantum fuerint absoluti, manebit, sicut civi-